

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Lucian, Plancus

Complures Luciani dialogi

ab Erasmo Roterodamo viro vtriusq; linguæ doctissimo
in latinum conuersi..



¶ Venūdantur Louanii apud Theodoricum Aluffensem.

Louanij
1515.



I quorundam iudicio felices olim existimati sunt quibus Romae Ciceronem Romanae eloquentiae principem audire datum est ne certe ne vos pulcherrimarum artium studiosi adolescentes multo estis felicissimi qui in hoc saeculum incidistis quo non modo Cicero, verum etiam innumerabiles alii scriptores extant & veteres & Neoterici, ex quorum lectione praeter doctrinam atque eruditionem, etiam ex tempore dicendi facultatem (in qua maximus est auctore Fabio studiorum fructus) consequi possitis. Ad quam dicendi facultatem parandam in primis conducibiles sunt Comodiarum & dialogorum scriptores, quorum dicendi character ad quotidianum sermonem proxime accedit. Itaque ut vestra non nihil adiuuarem studia monui his diebus Theodoricum Martinum Alustensem bonum ac diligentem Louanensium Calligraphum ut breuius Luciani Dialogos bene atque eleganter traductos, ad communem vtilitatem formulis iterum excuderet, fecit is quidem hoc & meo rogatu nimis quam libenter, & ut suum etiam studium in vos clarius faceret, quam antehac editis libris abunde ostendit quanto studiosos omnes amore benevolentiaeque prosequeretur. Vos igitur hanc eius diligentiam boni consulentes pergite incumbere in bonas literas quae vobis olim ornamento sunt future. Nam propter virorum doctissime eruditorum copiam, & quia in omnibus eloquentiae partibus clarissimos habemus scriptores, conficio paucis annis posthac, latini sermonis elegantiam ita propagatum iri ut non simus magnopere admiraturi cuiusquam aut in diuinis scripturis, aut in legibus eruditionem qui nihil bonarum literarum scierit. Valere Louanii.



Erasmi Roterodami in Dialogos Luciani recentius versos
Præfatio. Hieronymo Bullidiano Præposito Ariceni
Consiliario Regio Erasmus Roterodamus. S. D. P.



Nimor iam pridem hic perseverat: as-
cerbior: quã vt verum esse libeat crede-
re: sed constantior tamen quã vt vanus
credi possit: Philippum principem
nostrum e viuis excellisse. Quid que-
rar mi Bullidiane: quid vociferer?
quem icusum hominemue deumue?
Quæ comploratio? Tragædia quæ
huic tam atroci vulncri sufficiat? Ni-
mio: heu nimio constitistis Hispaniæ: quæ quidem primũ
Franciscum Bullidianum Archiepiscopum Bizontinum
nobis ademistis: neque tanti viri iactura contempe: principem
etiam eum absorbuistis: quo (si viuere modo licuisset) nihil
vulgũ habuit hic orbis neque manus neque melius. quã quid queso
supererat etiam adolescenti nisi vti iam ipse scie superaret?
Sed o dirum fortunæ ludum. O nouam fatorum inuiden-
tiam: O mors quã iniqua tam etiam inuida vt semper præ-
stantissima quæ quã ocissime tollis e medioque vixque oculis o-
stenfa protinus subducis. Cuius ego vicem hic potissimum
deplorem: Maximiliani ne patris, qui tali sit orbatus filio:
quem vnum multis etiam imperiis anteponebat: An libero-
rum magis: quibus ætate tam inuatura tam pius sit erep-
tus pater? An patriæ potius: cui de charissimo principe tam
ferum gaudium, tam præproperus contigerit luctus? An or-
bis demum vniuersi: cui tam singulare lumẽ sit ademptum.
Idque tam ante diem. Hoc nimirum hoc tempestas illa fatalis:
qua medto e cursu in Britanniam depulsus est portendebat
videlicet satis illum palam ab Hispania. reuertentibus. Equi-
dem Panegyrico qualicumque laudau iuuenem. Tum autem
bone deus: quot mihi panegyricos: quã copiosos pollicebar. Et
en repente comutatis rebus epitaphium paro miser. Eamus:

nos hominū & fortunis nostris fidamus: quū eos etiā
pro sua libidine mors rapiat, quosq̄ diutissime viuere tan-
topere omnium refert. Sed quid ego mi Hieronyme: dum
meo indulgeo dolori: tuum exulcero? Quod reliquum est
præcor vt superi propitii liberis paternam quidem scelici-
tatem sed cū diui Frederici viuacitate copulatam largian-
tur. Tibi item in moderandis illis fraternos successus, sed
vitam fraterna diuturniorem. Literis his, ne ad tantum tan-
q̄ doctum amicum nullo literario munusculo comitaræ ve-
nirent Dialogos aliquod Luciani: comites addidi: quos pau-
culis his diebus: dum obsidionis metu Florentiam profus-
geremus, latinos feci, hoc nimirum agens, ne nihil agerem.
Nam in præsentia quidem in Italia mire frigent studia/fer-
uent bella. Summus pontifex Iulius belligeratur: vincit, tri-
umphat, planeq̄ Iulium agit. Vale, & Amplissimo patri
Nicolao Ruterio Episcopo Atrebatensi etiam atq̄ etiam
Erasinum commédato Bononiæ. XV. Cal. Decē. M. D. VI

¶ Cnemonis ac Damippi Dialogus Erasino Interprete.

¶ Cnemon

Hoc scilicet est quod vulgo dici consuevit: Hiūlus
leonem. Damippus. Quid isthuc est, quod tecum
stomachare Cnemon? Cne. Quid stomacher? rogas
Equidem herædem reliqui quendam: præter animi senten-
tiam: videlicet astu delusus miser: tuis quos maxime mea cus-
piebam habere præteritis. Damippus. Sed istuc quinam eue-
nit? Cnemon. Hermolaum nobilem illum diuitem: quum
orbis esset: imminente morte captabam: affidens atq̄ infer-
uens. Neq̄ ille grauatim officium meum admittebat. An in-
terim illud quoq̄ mihi visum est scitum consultumq̄: vt tes-
tamentum profertem ac publicarem quo illum rerum mea-
rum insolidum hæredem institueram. nimirum vt ille vicif-
sim idem faceret: meo prouocatus exemplo. Dami. At quid
tandem ille? Cnemon. Quid ille suo in testamento scripse-
rit: id quidem ignoro. Cæterum ego repente atq̄ insperato

e vim deceffi: testi ruina oppreffus. Et nunc Hermolaus mea
poffidet. lupi cutuspiam in morem ipfo hamo: cum efca pa
rtiter auulfo. Damippus. Imo non efcam modo cum hamo:
quin etiam te quoq; pifcatorem fimul abftulit. Itaq; technā
iftam: in tuum ipfius caput ftroxeras. Cnemon. Sic apparet
Idq; adeo deploro. TĒA66

Zenophantæ & Callidemidæ Dialogus. eodem interprete.
Zenophantes.

AT tu Callidemides: quo pacto interifti? Nam ip
fe quemadmodū Diuiæ parafitus quum eflē:
immodica ingurgitatione præfocatus fuerim:
nofti: aderas enim morienti. Callide. Aderam Zenophontes
Porro mihi nouum quiddam atq; iopinatum accidit. Nam
tibi quoq; notus eft Præodorus ille fenex. Zenophon. Or
bum illum dicis ac diuitem: apud quem te affidue verfari cō
fpiciebam: Callide. Illum ipfum femper captabam: colebam
q; id mihi pollicens fore: vt meo bono q̄ primum moreres
tur. Verum quū ea res in longū proferretur: fene videli
cet vel vltra tithonios annos viuente: compendiarīam quan
dam excogitauī viam: qua ad hæreditatem peruenirem. Si
quidem empto veneno: pocillatori perfuaferam: vt fimul
atq; Præodorus potum pofceret: bibebat autem prolixius:
præfentius in calicem inliceret: haberetq; in promptu por
recturus illi. Quod fi feciffet. iureturando confirmabam: me
illum manumiffurum. Zenophō. Quid igitur accidit: nam
inopinatum quiddam narraturus mihi videris. Callidemi.
Vbi iam loti veniffemus: puer duobus paratis poculis: alte
ro Præodoro cui venenum erat additū. altero mihi: nescio
quo modo errans: mihi venenum, Præodoro porrexit in ox
tum. Mox ille quidē bibit: at ego protinus humi porrectim
ftratus fum: fupposititium videlicet illius loco funus. Quid
hoc: rides Zenophonta! At qui non conuenit amici malis il
ludere. Zenophon. Rideo profecto: nam eleganter: ac lepte
de tibi hæc res euenit. Porro fenex ille quid interim: Call

Primum ad casum subitum atq; inexpectatum: sane conturbatus est. Deinde simul atq; intellexit: id quod acciderat: puta pocillatoris errore factum, risit & ipse. Zenophon. Recte sane. Tametsi non oportuit ad compendium illud dinertere. siquidem venisset tibi populari vulgataq; via tutius certiusq; etiam si paulo serius. Finis.

¶ Menippi ac Mercurii Dialogus Eodem interprete

Menippus

AT vbinam formosi illi sunt: ac formosæ Mercuri Ducito in e: docetq;: utpote recens huc profectus hospitem. Mercuri. Haud mihi licet per ocium Menippe. quin tu isthuc ipso e loco dextrorsum oculos deflecte. Illic & Hyacinthus est: & Narcissus ille: & Nereus: & Achilles. & Tyro: & Helena: & Leda & breuiter quicquid est veterum formarum. Menip. Equidem præter ossa nihil video, caluariasq; carnis renudatas: inter que omnia: nihil sit omnino discriminis. Mercuri. At qui hæc sunt quæ poete cuncti mirantur ac celebrant: ossa scilicet quæ tu videris contemnere. Menip. At Helenam saltem mihi comonstra. Nam ipse quidem haud queam dinoscere. Merc. Hæc caluaria Helena est. Menipp. Et huius scilicet ossis gratia: mille naues ex vniuersa græcia: acto delectu: sunt impletæ: tantaq; tum græcorum, tum barbarorum multitudo confluit: tot vrbes sunt euersæ: Mercurius. Cæterum Menippe non vidisti mulierem hanc vitam, quod si fecisses forsitan diceres tu quoq;: vicio dandum non esse. Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui: si quis flores etiam arefactos marcidosq; contempletur: posteaq; coloris decus abiecerint: deformes nimirum videantur. At iidem: donec florent: coloremq; obtinent: sunt speciosissimi. Meni. proinde illud iam demiror. Mer. Haud mihi vacat tecum philosophari: quare delecto loco vbi cumq; velis: prosterne te met ac recumbe. Mihi iam aliæ sunt tradendæ ymbrae. Finis.

UOs nimirū Trophome atq; Amphiloche: quū sit
mortui: tamen haud scio quonam modo: phanis
istis donati: vates credimini: ac stulti mortales de
ose esse vos arbitrantur. Tro. quid: an nobis igitur imputan-
dum: si per inscitiam illi de mortuis huiuscemodi quēdam
portēta ostentassetis: tanq̄ futurorum fuissetis præcīci qua-
siq; prædicere potuissetis: si qui percontarentur. Tropho.
Menippe: nouerit Amphilocheus hic: ipsi pro sese respondē-
dum esse. Ceterum ego heros sum: vaticinorq; si quis ad me
descenderit. At tu videre nunquam omnino Lebadiam ad-
isse: neq; enim alioqui ista non crederes. Menippus. Quid
ais? Equidem nisi Lebadiam fuisset profectus: ac linteis a-
mictus: offam ridicule manu gestans per angustum aditum
specum irrepsissem: nequaq; fieri potuisset: vt te defunctum
esse cognoscerem: perinde atq; nos: solaq; præstigiatura reli-
quos antecellere. Sed age per ipsam diuinandi artem: quid tā-
dem est heros: neq; enim intelligo. Trophomus. Est quidē
dam partim ex homine partim ex deo compositum. Menip-
pus. Nempe quod neq; sit homo: quemadmodū audio: ne-
q; deus: verum pariter vtrumq;. Ergo dimidia illa tui pars:
quo nunc recessit? Trophomus. Reddit oracula Menippe in
Lebadia. Menippus. Haud intelligo quid dicas Trophome:
nisi q; illud plane video: te totum esse mortuum.

TELOS

Charontis ac Diogenis.

Charon.

BEdde naulum scelesti. Menippus. Vociferare: si qui-
dem isthuc tibi voluptati est Charon. Charon. Red-
de inquam quod pro traiectione debes. Menippus.
Haud quaq; auferri queas ab eo q nō habeat. Charon. An est
qstq; qui ne obulū quidē habeat? Me. Sit ne alius qspīa sterea
equidem ignoro. Ipse certe non habeo. Charon. Atqui præ-
focabo te per ditē impuri sime: ni reddas. Menippus. At

ego illiſo baculo tibi comminuam caput. Charō. Num ergo te tam longo traiectu gratis tranſuexero? Menippus. Mercurius meo nomine tibi reddat vt qui me tibi tradiderit. Mercurius. Bene mecum agatur per Iouem: ſiquidem futurum ē vt etiam defunctorum nomine perſoluam. Charon. Haud o mittā te. Menippus. Quin tu igitur: hac gratia perge vt facis nauim trahere: q̄q̄ quod non habeo quinam auferas? Charō. At tu neſciebas: quid tibi fuerit apportandum? Menippus. Sciebam quidem. verum non erat. Quid igitur: num ea gratia erat mihi ſemper in vita manendum? Charon. Solus ergo gloriaberis te gratis fuiſſe tranſuectum? Menippus. Haud gratis: o præclare: ſiquidem & ſentinam exhauſi & remū arripui: & vectorum omnium vnus non eiulaui. Charon. Iſta nihil ad naulum: obubum reddas oportet: neq̄ enī ſecus faſt fieri. Menippus. proinde tu me rurſum in vitā reuehe. Charon. Belle dicis: nimirum vt verbera etiam ab Aeaco mihi lucri faciam. Menippus. Ergo moleſtus ne ſis. Charon. Oſtende quid habeas in pera. Menippus. Lupinum ſi velis: & Hecatae cœnam. Caron. Vnde nobis hunc canem adduxiſti Mercuri? tum qualia garriebat inter nauigandum: vectores omnes irridens ac dicitur inſeſſens vnusq̄ cantilans: illis plorantibus. Mercurius. An ignoras Charon: quem virum tranſuexeris: plane liberum: cuiq̄ nihil omnino cure fit: Hic ē Menippus. Charon. Atqui ſi vnq̄ poſthac te recepero. Menippus. Si receperis: o præclare: Ne poſſis quidem iterum recipere.

Finis.

Cratetis ac Diogenis.

Crates.

DOerichum dititem: noueras ne Diogenes: illū inquam ſupra modum dititem: illum Corintho perſectum: cui tot erant naues onuſtae mercibus cuius conſobrinus Arifteas: quum ipſe quoq̄ diues eſſet. Homeri cum illud in ore ſolebat habere. Aut me cōfice tu aut ego tete Diogenes. Cuius rei gratia ſeſe captabant inuicem Crates? Crates. Hereditarij cā: quū eſſent eque: vterq̄ alterq̄ captabat.

Iamq; testamenta publicauerant ambo in quibus Merichus
(si prior moreretur) Aristea omnium rerum suarum domi-
num reliquebat. Moerichum vicissim Aristas: si quidem ip-
se prior e vita decederet. Haec igitur quum essent in tabulis
scripta: illi inter sese captabant: & alter alterum adulationi-
bus obsequiisq; superare contendebat. Porro diuini: haud-
scio vtrum ex astris: id quod futurum sit coniectantes: an som-
niis quemadmodum Chaldei faciunt: quin & Pithius ipse:
nunc Aristea victorem fore pronuntiabat: nunc Moerichum:
ac trutina quidem interim ad hunc: interim ad illum propen-
debat. Diogen. Quid igitur tandem euenit? Nam audire est
operae praecium Crates. Crat. Eodem die mortui sunt ambo.
Caeterum hereditates ad Eunomium: ac Thrasyclem deues-
nerunt: quorum vterq; cognatus illis erat. At qui de his nihil
praedixerant diuini futurum: vt tale quippiam accideret. Et
enim quum Sicyone Cirrham versus nauigarent: medio in
cursu: obliquo orto Iapige eo sunt depulsi. Dioge. Recte fa-
ctum. At nos quum nos essemus in vita nihil eiusmodi alter
de altero cogitabimus. Neq; enim ego vnquam optabam: vt
moreretur Antisthenes: quo nimirum baculus illius ad me
rediret heraedem (habebat autem egregie validum) quem ip-
se sibi parauerat oleaginum: neq; tu Crates opinor desydera-
bas: vt me mortuo: in possessionum mearum successionem
venires puta doli ac perae: in qua quidem lupini Choenices
inerant duae. Crat. Neq; enim mihi quicquam istis rebus erat os-
pus. Immo ne tibi quidem Diogenes. si quidem quae ad rem
pertinebant: quaeq; tu Antistheni succedens accepisti: deinde
ego succedens tibi: ea nimirum multo sunt potiora: multoq;
splendidiora: quae vel praesertim imperium. Diog. Quenam sunt ista quae di-
cis? Cra. Sapientiam inquam frugalitatem: veritatem: libertatem. Dio. Per
Iouem memini me in istiusmodi operum hereditate Antistheni: suc-
cessisse: tibiq; eas longe etiam maiores reliquisse. Crat. Verum
reliqui mortales hoc possessionum genus aspernabantur: ne-
q; quisquam nos ob spem potiundae hereditatis obsequiis
captabat: sed ad aurum omnes intendebant oculos. Dioge.
Nec iniuria. Neq; enim habebant: quo facultates eiusmodi

a nobis traditas acciperent: quippe rimosi iam viciatiq; deli-
cicis: non aliter q̄ vasa carie putria. Quo fit vt si quādo quis
in illos infundat: vel sapientiam: vel libertatem: vel verita-
tem: affluat ilico perstilletq; fundo quod inmissum est con-
tinere non valente. Cuiusmodi quiddam & Danaï filiabus
aiunt accidere: dum in dolium pertusum haustam aquam
important. At iidem aurum dentibus: & vnguibus. omniq;
vi seruabant. Crat. Proinde nos hic quoq; nostras possidebi-
mus opes. Illi simulatq; huc venerint: obulum dumtaxat se-
cum ferent ac ne hunc quidem vltorius: q̄ ad portitorem.

Nirei ac Thersitæ.

Nircus.

Ecce deniq; vel Menippus hic iudex erit, vter nostrū
sit formosior. Dic Menippe: an non tibi videor for-
ma præstantior? Menippus Imo quinam sitis prius
arbitror indicandum, Nam hoc opinor scito est opus. Nire-
us. ac Tharsites. Menippus vter Nireus, vter Thersites? Non
dum enim vel hoc satis liquet. Ther. Iam vnum hoc vinco:
q; tibi sum similis: neq; tantopere me præcellis: quantopere
te cæcus ille Homerus extulit: vnum omnium formosissi-
mum appellans. Quin ego fastigiato vertice: rarissq; im-
pexis capillis ille, nihilo te inferior visus sum arbitro. Iam
vero tempus est, vt pronuncies Menippe. vtrum altero for-
mosiorem existimes. Nir. Mirum ni me Aglaia charopeq; p-
gnatum. Qui vir pulcherrimus vnus. Omnibuse graiis pri-
ameia ad Pergama veni.

Menippus

At qui non item sub terram opinor pulcherrimus venisti:
quippe qui reliquis quidem ossibus: alijs appareas assimilis
porro caluaria: hoc vno insigni a Tharsitæ caluaria dignos-
ci possit: q; tua delicata est ac mollicula. Quando quidē istuc
habes effoeminatum ac neutiq; viro decorum. Nireus. Atta-
men Homerum percontare, qua specie tum fuerim: quum i-
ter Græcorum copias militarem. Menipp. Tu quidem som-
nia mihi narras. At ego ea specto, quæ video, quæq; tibi ad-
sunt in præsentia. Cæterum ista norunt: qui id temporis vi-
uebant. Nireus. Quid igitur tandem? An non ego hic for-
mosior Menippe? Menip. Neq; tu, neq; quisq; alius formosus

hoc loco Siquidem apud inferos æqualitas est: parcsq; sunt omnes. Therfit. Mihi quidem vel hoc fat est.

ΤΕΛΟΣ,

Diogenis ac Mausoli.

Diogenes.

O He tu Car, quare tandem insolens tibiq; places: ac dignum te credis, qui vnus nobis omnibus anteponare. Mausolus. Primum regni nomine. O tu si openfis: quippe qui Cariæ imperauerim vniuersæ, prætes rea Lydiæ quocq; gentibus aliquot. Tum autem & insulas nō nullas subegerim. Miletum vsq; peruenerim, plæriscq; Ionix partibus vastatis. Ad hæc formosus eram ac procerus, ac bellicis in rebus præualidus. Postremo, quod est omnium maximum, in Halicarnasto monumentum erectum habeo, singulari magnitudine, quantum videlicet defunctorum alius nemo possidet, neq; pari etiam pulchritudine conditum, vix is scilicet atq; equis pulcherrimo e saxo, yiuam formam ab solutissimo artificio expræssis, adeo vt vel phanū aliquod simile haud facile quis iueniat. Num iniuria tibi videor has ob res mihi placere, atq; efferri? Dioge. Num ob imperium ais, ob formam atq; ob sepulchri molem? Mausolus, per Iouem ob hæc inquam. Dioge. At qui o formose Mausole neq; vix res iam illæ, neq; forma tibi iam adest. A deo vt si quem arbitrum de formæ præcellentia delegerimus: haud, quaquam dicere potis sit, quamobrem tua caluaria meæ sit anteferenda, siquidem vtracq; pariter tum calua, tum nuda, vtriscq; dentes prominulos pariter ostentamus, pariter oculis orbati sumus, pariter naribus simis, ac sursum hiantibus deformati. Cæterum sepulchrum ac saxa illa præciosa, Halicarnassensis forsitam tactare licebit, & hospitibus gloriæ causa ostentare tanquam qui magnificanti quandam apud se structuram habeant, verum quid hinc commoditatis ad te redeat vir egrege, nequaquam video, nisi forsitan illud commodum vocas quod plus oneris atq; nos sustines, sub tā ingentibus saxis prellus ac laborans. Mausolus. Ita ne nihil illa mihi conducunt.

B. ii.

oīa: planeq; pares erunt Mausolus ac Diogenes: Diogē. Imo
haud pares inq; vir clarissime. Nā Mausolus discruciatib; quo
ties earum rerum in mentem veniet: quibus in vita florere cō
suevit. At Diogenes interim eum ridebit. Atq; ille quidem
de suo illo monumento: quod est in Halicarnasso memora
bit: ab vxore Artemisia: atq; sorore parato: cōtra Diogenes
ne id quidem suo de corpore nouit: nunquid habeat sepul
chrum. Neq; enim illi res ea curæ est. Verum apud viros ex
cellentissimos sui memoriam famamq; reliquit: vt qui vitam
peregert viro dignam: tuo monumento Carum abiectissi
me: celsiorum: ac tutiore in loco substructam. Finis.

Simyli ac Polystrati. Simylus

U Enisti tandem & tu Polystrate ad nos quum an
nos vixeris haud multo pauciores cētum opinor
Polystra. Nonaginta octo Simyle. Simylus. Sed
quinam triginta istos annos egisti: quibus mihi fueras super
stes. Nam ipse perit te ferme septuagenario. Polystra. q̄ sua
uissime profecto etiam si hoc mirum tibi videbitur. Simylus.
Mirum vero: si quidem tibi primum seni: deinde inualido:
prostremo etiam orbo quicq; poterat esse: in vita suaue Poly.
Principio nihil erat quod non possem. præterea pueri for
mosi complures aderant: tum mulieres nitidissimæ: vnguē
ta: vinum mire fragrans: postremo mensæ vel siculis illis lau
tiores. Simylus. Noua narras. Nam ego te plane sordidum
ac parcissimum esse sciebam. Polystr. Atqui vir præclare: ex
alienis arcis opes mihi subscatebant. Tum diluculo protu
nus q̄ plurimi mortales ad fores meas ventitabant: simulq;
ex oīni rerum genere quæ terrarum vbiuis pulcherrinæ re
periuntur munera deportabantur. Simylus. Num me defun
cto regnum gessisti. Polystr. Minime: verum amantes habe
bam innumeros. Simylus. Non possum non ridere: Tu ne amā
tes: tantus natu quum esses: vixq; tibi dentes superessent qua
tuor: Poly. Habebam per Iouem: equidē optimates ciuitatis
Quumq; essem tum senex: tum caluus: sicuti vides: præte
rea lippies etiam ac senio cæcutiens: postremo naribus muc
cosis: tamen cupidissime mihi inseruebant: adeo vt is foe

lix videretur: quemcunq; vel aspexiffem modo. Simy. Num
 tu quoq; quemadmodum Phaon ille: venerem aliquam e
 Chlo trāfluxiffi: vt ob id optanti tibi illa dederit: rurfum ad
 iuuentam redire: ac denuo formofum atq; amabilem fieri?
 Poly. Haud quaſ. Quin magis quum talis eſſem. qualem di
 xi: tamē ſupra modum adamabar. Simy. Aenigmata narraſ
 Poly. At qui notiffimus eſt hic amor quum vulgo fit frequēs
 nempe erga ſenes orbos ac diuites. Simy. Nunc tua forma:
 vnde tibi profecta fuerit intelligo vir egregie: nimirum ab
 aurea illa Venere. Polyſt. Verum tamen non parum multas
 commoditates ab amantibus tui Simyle: propemodum eti
 am adoratus ab illis: Porro ſæptus etiam quaſi procax illis
 illudebam: excludens interdum nonnullos eorum. Interim
 illi inter ſeſe decertabant & in ambiēdis primis apud me par
 tibus: alium aliis antea nitebatur. Simy. Sed age: de facul
 tatibus tuis quid tandem ſtatueras? Polyſt. Palam quidem
 affirmabam: ne vnumquēq; illorum relicturum herædem.
 idq; illi quum crederent futurum: certatim ſe quiſq; obſequē
 tiorem atq; adulantioſiorem prebebat: Ceterum alteras illas ve
 ras tabulas: quas apud me ſeruaueram reliqui: in quibus oēs
 illos plorare iuſſi. Simy. At poſtremæ illæ tabulæ: quē pro
 nunciabant herædem? Num e cognatis quempiam? Polyſt.
 Non per Iouem: imo nouiciū quendam ex formoſis illis
 adoleſcentulis: natione phrygē. Simy. Quot annos natum
 Polyſtrate? Poly. Viginti ferme. Simy. Iam intelligo quibus
 obſeqis ille te demeruerit. Poly. Attamē multo illis dignior:
 qui ſcriberetur hæres: etiā ſi Barbarus erat ac perditus. Quē
 iam ipſi etiam optimates colunt optantq;. Iſ igitur mihi ex
 titit hæres. Iamq; inter patritios numeratur: ſubraſo mento
 Barbaroq; cultu ac lingua. Quin eum Codro generoſiorem
 Nireo formoſiorem. Vlyſſe prudentiorem eſſe prædicant.
 Simy. Non laboro: vel totius Græciæ ſit imperator: ſi libet
 modo ne illi potiantur heræditate.

Finis.

Veneris & Cupidinis.

Venus.

Quid tandē in cauſa eſt Cupido: vt quum reliquos
 deos omnis ad ortu expugnaris: Iouē ipſum nep
 tunū: Apollinē: Iunonē: me deniq; matrē: ab vna

Minerva temperes. vt aduersus hanc nec vllum habeat incē/
 diuin tuafax: & iaculis vacua sit pharetra: tuum & ipse arcu
 careas: neq; iaculāri noris: Cu. Equidem hanc metuo mater,
 est enim formidabilis truculentoq; aspectu: ac ferocitate q̄
 dam supra modum virili. Proinde si quando tenso arcu pe-
 tam illam: galee cristam quatiens expauefacit me: moxq; for-
 midine tremere occipio sit: vt arma mihi e manibus excidāt.
 Venus. Atq; Marsan nō erat hac formidabilior: Et hunc tñ
 superatum exarnasti. Cu. Imo ille cupide me recepit: atq; vl-
 tro etiā inuitat. Verū Minerva semper adductis superciliis
 obseruat. Quā aliquando temere ad illam aduolauī facē pro-
 prius admouens. At illa siquidem ad me accesseris inquit p-
 parentem Iouē quouis modo te confecero: aut lancea te tras-
 figam: aut pedibus arreptū in tartara dabo precipitem aut
 ipsa te discerpā. plurima itē id genus cōminabatur. Ad hæc
 acribus obtuetur oculis: postreo & i pectore faciē q̄dā gestat
 horrendā: viperis capillorū vice comatā. Hanc nimirū max-
 imope formido. Territat enī me: fugioq; quoties eā aspicio.
 Ve. Esto sane: Minervā metuis vt ais atq; huius gestamē gor-
 gona reformidas: idq; cū Iouis ipsiū fulmē non formidauer[
 Cæterū musæ quā ob cām abs te nō feriunt: atq; a tuis iacu-
 lis tutæ agūt. Nū & hæc cristas q̄tiūt: aut gorgonas p̄tendūt?
 Cu. Has quidem reuereor m̄. Sūt. n. vultu pudico ac reuerē-
 do: p̄terea sp̄ aliquo tenē studio: sp̄ cantionibus aim intētū
 gerunt. Qui ipse et non raro illis assisto: carminis suauitate
 delinitus. Ve. Esto. nec has adoritis: propterea q; sint reuerē-
 dæ: At Dianam q̄ tādē gratia nō vulneras. Cup. Vt breuē
 dicā: hanc ne dephēdere qdē vsq; sum potis. qppe ppetuo per
 montes fugitātē. Ad hec alteri⁹ cuius. ā sui cupidinis illa tes-
 netur cupidine. Ve. Cuius o gnate. Cu. Nepe venatu ceruorū
 & hinnulorum: quos insectatur vt capiat: ac iaculo figat. Ac
 prorsum tota rerū huiusmodi studio tenetur. Tametsi frēm
 eius qui nimirū arcu valet & ipse ferit eminus. Ven⁹. Teneo
 gnate: eum sæpenumero sagitta vulnerasti. Finis.

Martis & Mercurii.

Mars.

A Vdistin Mercuri cuiusmodi nobis minas sit Iup-
 piter: q̄ superba: q̄ dictu absurda: Ego inquit: si

vo luero: catenam ex æthere demittam. vnde si vos suspensi
 me vi detrahete conemini: luseritis operam. Nunq̄ enim me-
 deorsum trahetis. Cōtra si ego vos velim in altum attrahere
 non vos mō: verum etiam tum terram ipsam: tū mare parit̄
 subuectum in sublime sustulero. Ad hæc alia per multa: que
 tu quoq; audisti. At ego si quidem cum vno quolibet singu-
 latim conferatur: ita præstantiorem eum esse: viribusq; sup-
 forem: haud quaḡ negauerim: verū vnū tā multis pariter in-
 tantum antecellere, vt eum ne pondere quidem vincere que-
 amus, etiam si terram ac mare nobis adiunxerimus, id neuti-
 q̄ crediderim. Mercuri. Bona verba Mars. Neq; enim sat tutū
 est ista loqui. Ne quid forte mali nobis hæc petulantia con-
 cillet. Mars. An vero credis apud quemlibet hæc dicturum
 me? Imo apud te solum id audeo/ quem linguæ continentis
 esse sciebam. Sed quod mihi maxime ridiculum videbatur.
 tum quum hæc minitantem audirem, haud queam apud te
 reticere. etenim memineram/ quum non ita multo ante Nep-
 tunus, Iuno ac Pallas: mota aduersus eum seditione machi-
 narentur comprehensum illum in vincula conicere, quan-
 topere formidaret, atq; id tris dumtaxat deos. Quod ni The-
 tis misericordia commota. Briareum Centimanum illi aux-
 iliatum accersiuisset, ipso pariter cum fulmine ac tonitru vi-
 ctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat, eius magnilo-
 quentiam iactantiamq; Mercuri. Tace. Bona verba. Neq; enim
 tutum est ista vel tibi decere, vel audire mihi.

Mercurii & Maiaæ. Mercurius.

E St vero mater deus qsq; in cælo me miseror! Maia
 Cauene quid istiusmodi dixeris Mercuri. Mercuri?
 Quid nō dicam? q̄ qdē tm̄ negotiorum solus susti-
 neā qb̄ delassor: in tā multa ministeria distractus? Nam mane
 ptin⁹ surgendum est mihi statimq; verrendū cænaculū: vbi
 dii cōpotāt. Tū vbi curiā in qua cōsultāt vndiq; strauero: ac
 singlā ita vt oportet coposuro: Ioui necessū est assistere: ac p-
 ferēdis illius mādatis toto die sursum ac deorsū cursitare in-
 sup quū redeo, puluerulētus adhuc Ambrosiā apponere co-
 gor. porro priusq̄ nouitius iste pocillator aduenisset. Ego ne

etiam administrabā. Quodq̄ est omnium indignissimū:
 soli omnium ne noctu quidem agere quietem licet: verum id
 quoq̄ temporis necesse habeo defunctorū animas ad Pluto-
 nem deducere: manūq̄ gregi me ducem prebere: tum autem
 & tribunalibus assistere. Neq̄. n. mihi sufficebāt. s. diuturna
 negocia: dū versor in palestris: dum in contionibus p̄conis
 vices ago: dū oratores instruo: ni hec quoq̄ provincia acce-
 dat: vt simul etiā vmbraū res disponā. Atqui Ledaē filii al-
 ternis inter ipsos vicibus apud superos atq̄ inferos agitant.
 Mihi necesse est quotidie tum hoc, tū illud pariter agere. De-
 inde duo illi Alcmena ac Semele miseris prognati mulierib⁹
 ociosi in conuiujs accūbunt: at ego Maia Atlantide proge-
 nitus illis ministro scilicet. Quin nunc quū recens a Sidone
 Cadmi filia reuersus essem. Nam ad hanc me legarat: visum:
 quid ageret puella. priusq̄ respirassem, & adhuc anhelū de via
 versum ad Argos mandauit visurum/qui cum Danae age-
 retur: Rursum inde in Bceotiam profectus inquit, obiit An-
 tiopam visito. Adeo vt plaue iam pariturum me negarim.
 Quod si mihi licuisset: lubens profecto fecissem: id qd̄ solēt
 ii qui in terris durā seruiunt seruitutē. MALA. Missa fac ista
 gnate. Decet. n. per omnia morem gerere patri: quū sis iuue-
 nis. At nunc quo iussus es, Argos contende. Deinde & Bceo-
 tiam: ne si cessaris fuerisq̄ lētior, plagas etiam auferas. Nam
 iracundi sunt qui amant

Veneris & Cupidinis

Venus.

Cupidō Gnate: vide quæ facis flagitia. Non tam de
 his loquor quæ te impulsore mortales in terra vel
 in se quisq̄: vel inuicem alii in alios faciunt: verū de
 his ago quæ apud superos quoq̄ designas: qui quidem Io-
 uem ipsum cogis varias assumere formas: in quodcūq̄ tibi
 pro tempore visum fuerit: eum vertens. Tum lunam e celo
 deuocas. Quin & solem aliquoties compellis lentum apud
 Clymenem cessare aurigandi muneris oblitum. Nam quicūq̄
 quid iniuriæ in me matrem etiam committis: audacter ac tā-
 q̄ tuto facis. Verum tu quidem o deorū omnium confiden-

tissime. Rheā in super ipsam iam animum præterea deorū tantum
 multorū parentem: eo pertulisti: vt pusionem adamæ; atq;
 in phrygium illum adoleſcērum deperat:: ac tua iam opa
 infant: iuētusq; leonibus: adhibitis item corybantibus qui
 pe qui & ipsi furore quodam sunt afflati: per Idam montem,
 sursum ac deorsum oberrat: ipsa quidem Atis, amore eiulās
 Cæterum Corybantum: alius suum ipse penem ense deſecat.
 alius demissa coma per montes fertur: insanus: alius, cornu
 canit: alius tympano tonat: alius cymbalo perſtrepit: breuiē
 omnis vndiquaq; Ida tumultus atq; insanie plena est. Pro
 de cuncta timeo. Metuo ne tale quid accidat: qñ quidē te pro
 duxi: malū ingens: vt si qñ reſipiscat Rheā: vel potius: si per
 gat insanire: Corybantibus imperet: vt te correptū discerpāt
 aut leonibus obiciēt. Hic me sollicitat metus: q; videā tibi p
 iculū imminere. Cu. Ocioſo animo esto mater: si quidem leo
 nibus etiam ipsis iam familiaris sum factus: ita vt se penume
 ro conscensilis eorum tergis: præhensaq; tuba: equitis rictu i
 fidens illos agitem. At vero illi interim mihi caudis adblan
 diuntur: ac manum ori insertam receptant: lambuntq;. dein
 mihi reddunt: innocuā. Porro Rheā ipsi quādo tādē vaca
 uerit: vt in vlciscatur: quū in Atte sit tota? Postremo quid
 ego pecco: cum res pulchras vt sunt offero ac demōstro: vos
 ne appetite res pulchras. Quare his de rebus ne in me crimē
 conferte. Num vis ipsa tu mater: vti neq; tu posthac Martem
 ames neq; ille te? Ve. Vt es peruicax. & nulla in re nō superas
 Attamen horum quæ dixi: aliquando memineris.

Doridis & Galateæ. Doris.

Hormosum amātē Galateæ: nēpe sicutū istū pastore
 aiunt amore tui deperire. Galat. Ne ride Doris eī
 qualis qualis est: Meptuno patre prognatus est. Do.
 Quid tum postea: si vel Ioue ipso sit progenitus: quum vsq;
 adeo agrestis atq; hispidus appareat. quodq; est omnium de
 formissimum vniculus. An vero credis genus illi quicq; p
 futurum ad formā? Gal. Ne isthuc quidē ipsum: q; hispidus
 est atq; agrestis vt tu vocas: illum deformat. Quin virile ma/
 C.

gis est. Porro oculus in media fronte decet etiā: quo quodē nihil
segnius cernit: quā si duo forent. Doris. Videris Galatæa non
amantem habere Polyphemū: sed illum potius adamare: sic
hominem prædicas. Galatæa. Equidem haud adamo: sed ta-
men insignem istam vestram insultandi opprobandi que
petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidencia qua
dam isthuc facere videmini: propterea quod ille quum fore alius
quādo gregem pasceret suū: nosque e littorali specula ludetes
cerneret: in prominentibus Aetnæ pedibus: qua videlicet
inter montem & mare litus sese in longum porrigit, vos ne
aspexerit quidem. At ego omnium vna visa sum formosissimā:
ma: eoque in vna me coniecit oculum. Ea res vos male habet
Nam argumentum est: me forma præstantiorem esse: ac dig-
nitiorem quæ amet: vos contra fastiditas esse. Doris. An istud
tibi putas inuidendum videri, si priamum pastor: deinde luf-
co formosa visa sis: quāquid aliud ille potuit in te probare:
præter candorem. Is illi placet opinor: quod caseo & lacti as-
sueverit: proinde quicquid his sit simile id protenus pul-
chrum iudicat. Alio qui vbi libebit scire: qua sis facie de sco-
pulo quopiam in aquam: si quando tranquilla steterit des-
spectans: te ipsam contemplare: videbis aliud nihil nisi per-
petuum candorem Verum is quidem non probatur: nisi ro-
bur admixtus illi: decus illi iunxerit. Gala. At qui ego illa im-
modice candida: tamen eiusmodi habeo amantem: quum in-
terim e vobis nulla sit, quam vel pastor: vel nauta vel por-
titor aliquis miretur. Cæterum Polyphemus: vt alia ne dicā
etiā canendi peritus est. Doris. Tace o Galathea Audiuimus
illum canentem quum nuper pruriret in te. Sed o sancta Ve-
nus: asinum rudere dixisses. Nam lyre corpus, simillimum
erat ceruino capiti: ossibus renudato: tum cornua perinde
quasi cubiti prominebant iis iunctis inductisque fidibus quas
necallope quidem circumtorquebat agreste quiddam & abso-
num cætilabat: quum aliud interim ipse voce caneret: aliud
lyra succineret. Ita vt temperare nobis nequiterimus: quin ri-
deremus amatoriam illam cantionem. Si quidem Lyre soni-
tus adeo loquax ac garrulus erat vt nollet illi balanti respō-

dere. Imo puduisset: si visa fuisset stridulum illius & ridicu-
lum tantum imitari. Ad hæc gestabat in vlnis amastus iste
delicias suas: vsi catulum: pilis hirtū: ipsi non dissimilem.
Quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatæa? Ga.
Quin tu igitur Dori tuū ipsius amicū nobis commōstra: q
meo sit formosior. quiq; doctius ac melius vel voce canat vl
cithara? Doris. Mihi quidem nullus est amator, neq; me hoc
nomine iacto: quasi sim vehementer amabilis: verum tamen
istiusmodi amicum qualis est polyphemus nempe totus hū
eum olens tum crudis victitans carnibus & hospites si qui
appulerint deuorans tibi habeas: eumq; tu mutuū ames.

Diogenis & Alexandri.

Diogenes.

Quid hoc rei est Alexander? Itane defunctus es tu
quoq; perinde atq; nos omnes? Alexander. Vides
nimium Diogenes. Tamen si mirandum non est:
si homo quum fuerim: defunctus sum Dioge. Nū ego lup
pter ille Hammon mētiebatur quum te suum filium esse dī
ceret. An vero tu Philippo patre prognatus eras. Alexāder
Haud dubie philippo. Neq; enim obiissem. si Hammonē pa
rente fuissem progenitus. Dioge. Atq; de Olympiade etiam
consimilia quædam ferebantur: puta Draconem quendam
cū ea fuisse congressum: visumq; in cubiculo. Ex eo grauidā
peperisse te. porro Philippum errare falliq; qui se tuum pa
trem esse crederet. Alexan. Inaudieram quidē & ipse ista quē
admodum tu: at nunc video neq; matrem neq; Hammonios
illos vates: sani quicq; aut veri dixisse. Diog. Attamen istud
illorū mendatiū Alexander: ad res gerendas haud quāq; tibi
fuit inutile propterea q; vulgus te verebat metuebatq; quū
deum esse crederet. Sed dic mihi: cui nam tam ingēs illud im
perium moriens reliquisti? Alex. Id equidem ignoro. Celeri
us enim e vita submouebat: q̄ vt esset ociū de illo quicq; sta
tuendi: preter id, ynū: q; moriens Perdicæ anulū tradidit:
Sed age: qd rides Diogenes? Diog. Quid ni rideam? An nō
meministi: qd Græci fecerit, quū nuper tibi arepto Imperio
adularentur: principemq; ac ducem aduersus Barbaros de
ligerent? Nonnulli vero in duodecim deorum numerum

referent: ac phana constituerent: deniq; sacra facerent tanq;
Draconis filio! Sed illud mihi dicitovbi te sepelierunt Mace
dones! Alexander. Et iam dum in Babylone iaceo: tertium
tam diem. Porro Ptholemæus ille satelles meus si quando
detur ocium ab his rerum tumultibus qui nunc infāt: pol
lectur in Aegyptum deportaturum me, atq; inibi sepultu
rum: quo videlicet vnus fiam ex diis Aegyptiis. Diogenes.
Non possum non ridere Alexander: qui quidem te videant
etiam apud inferos desipientem sperantēq; fore vt aliquan
do vel Anubis fias: vel Osiris. Qui tu spes istas omittis o di
uinissime: neq; enim fas est reuerti quenq; qui semel paludē
transmiserit: atq; intra specus hiatum descenderit, propterea
q; neq; indiligens est Aeacus, neq; contemnendus Cerberus.
Verum illud abs te discere peruelim: quo feras animo, quo
ties in mentem redit, quanta foelicitate apud superos relicta
huc sis profectus: puta capitis custodibus, satellitibus, duci
bus, tum auri tanta vi: ad hoc populis: qui te adorabant. Pre
terea! Babylone Bactris, immanibus illis belluis, dignitate:
gloria: deinde q; eminebas conspicuus: dum vectareris, dū
amiculo candido caput haberes reuinctum: dum purpura
circumamictus esses! Nunquid hæc te discrutiant: quoties
recurfant animo! Quid lachrymas stulte! An non id te sapi
ens ille docuit Aristoteles: neres eas quæ a fortuna proflo
rescantur, stabiles ac firmas existimares! Alexan. Sapiens il
le! quum sit assentatorum omnium perditissimus. Sine me
solum Aristotelis facta scire: q; multa a me petierit: quæ mi
hi scripserit deinde quemadmodum abusus sit mea illa am
bitione: qua cupiebam eruditione cæteris præstare: quum
mihi palparetur interim, ac prædicaret me: nunc ob formã.
tanq; & ipsa summi boni pars quædam esset: nunc ob res ge
stas atq; opes. Nam has quoq; in bonorum numero collocã
das esse censebat: ne sibi vitio verteretur: q; eas acciperet. Pla
ne præstigiosus vir ille quidem erat, ac fraudulentus o Dio
genes. q; illud fructus scilicet ex illius sapientia fero q; nūc
peride quasi summis de bonis exerucior: ob ista quæ tu pau
loante commemorasti. Diogenes. At scin quid facies! Osten

dam tibi molestiæ istius remedium. Quando quidem his in
locis veratrum non prouenit: fac vt Lethæi fluminis aquam
audis faucibus attrahens, bibas: iterumq; ac sæpius bibas.
Atq; eo pacto defines de bonis illis Aristotelicis discrutia
ri. Verum enim, Cletum etiam illum & Calisthenem video
cumq; his alios compluris raptim huc sese ferentes: quo te dî
serpant, pœnasq; sumant, ob ea quæ quondam in illos com
missisti. Quare fac in alteram hanc ripam te conferas, & cres
brius (vt dixi) bibas. Finis.

Menippi & Chironis.

Menippus.

EQuidem inaudiui Chiron, te deus quum esses, ta
men optasse mortem. Chiron. Vera nimirum sunt
ista quæ audisti Menippe. Planeq; mortuus sum si
cuti vides: quum mihi licuerit immortalem esse. Menippus.
At quænam te mortis cupido tenebat: rei videlicet, quam
vulgus hominum horreat! Chiron. Dicam apud te: virum
neutiq; stultum atq; imperitum: iam mihi desierat esse iucun
dum, immortalitate frui. Menippus. Quid! An iniucundum
erat, te viuere: lucemq; tueri! Chiron. Erat inquam Menippe
Nam quod iucundum vocant: id ego neutiquam simplex,
sed varium quiddam esse arbitror. Verum quum ego sem
per viuerem: atq; iisdem perpetuo rebus vterer, sole: luce: ci
bo, tum horæ eædem recurrerent, reliqua item omnia / quæ
cunq; contingunt in vita, reciproco quodam orbe redierent
atq; aliis alia per vices succederent: satietas videlicet eorum
me coepit. Neq; enim in eo voluptas est sita: si perpetuo fru
aris iisdem: sed omnino in permutando posita est. Menippus.
Probeloqueris Chiron. Cæterum hæc quæ apud inferos
agitur vita, quinam tibi procedit: posteaq; ad hanc tanquam
ad potiorem te contulisti! Chiron. Haud insuauiter Menip
pe. Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodum po
pulari. Nihil autem interest vtrum in luce quis agat: an in te
nebris, preterea neq; sitiendum est nobis quemadmodum
apud superos: neq; esuriendum: sed eiusmodi rerum omniū
egentia vacamus. Menippus. Vide Chiron ne, temet ipse in
uoluas, neue eodem tibi recidat oratio. Chiron. Quamob

remittit huc ais Menippus. Nempe: si illud tibi fastidiosum fuit: quod in vita semper iisdem similibusq; rebus utendum erat, quum hic idem similia sint omnia: eundem ad modum parient fastidium. At de integro tibi quaerenda erit vitae commutatio: atq; hinc quopiam aliam in vitam demigrandum. id quod arbitror fieri non posse. Chiron. Quid igitur faciendum Menippe? Menippus. Illud nimirum, uti sapiens quum sis, quemadmodum opinor: & vulgo praedicant praesentibus rebus sis contentus/ neq; quicq; in his esse putes quod ferri non queat.

Finis.

Menippi. & Cerberi.

Menippus

Deus Cerbere, quandoquidem mihi tecum cognatio quaedam intercedit: quum & ipse sim canis, dic mihi per stygiam paludem, quomodo sese habebat Socrates: quum huc accederet? Verisimile est autem, te deus quum sis, non latrare modo, verum etiam humano more loqui si quando velis. Cerberus. Quum procul adhuc abesses Menippe, visus est constanti atq; interrito adire vultu, perinde quasi mortem: nihil omnino formidaret, ac tanq; hoc ipsum vellet iis qui procul a specus ingressu stabant ostendere verum simul atq; despexit in hiatus, viditq; profundum, atq; atrum antri recessum: simulq; ego cunctatam etiam illum aconito mordens pede correptum detraherem infantium ritu eiulabat, suosq; deplorabat liberos: nihilq; non faciebat: in omnem speciem, sese conuertens. Menippus. Num, igitur furcate sapiens erat ille: neq; vere mortem contemnebat? Cerberus. Haud vere. Caeterum ubi vidit id esse necesse: audaciam quandam praese ferebat: quasi vero volens id esset passurus, quod alioqui volenti nolenti tamen omnino fuerat ferendum: videlicet/ quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totum de viris istiusmodi: vere passim dicere ad fauces vsq; specus intrepidi sunt ac fortes: porro intus quum sunt: nihil mollius neq; fractius. Menippus. Caeterum ego quoniam animo tibi visus sum subisse specum, Cerberus. Vnus mortalium Menippe sic mihi visus es subire: ut tuo dignumerat genere, & prior te Diogenes: propterea q; neu

nūq̄ adacti subieritis aut intrusi/verum tum vltronei, tum rī
dentes atq̄ omnibus plorare renunciantes.

Finis.

Menippi & Tantalī.

Menippus.

Quid ciulas o Tantale: aut quid tuam deploras for
tunam: stagno imminens: Tan. Quoniam siti ene
cor Menippe. Me. Vsq̄ adeo piger es atq̄ iners: vt
non vel pronus incumbens bibere noris: vel caua vola hau
ritens: Tan. Nihil profecero: si procumbā. Refugit enī aqua
simulatq̄ me propi⁹ admoueri senserit: q̄ si quādo haufero
oriq̄ coner applicare: prius effluxit, q̄ summa rigem labia.
Atq̄ inter digitos effluēs aqua/haud scio quomodo rursus
manū meam aridam relinquit. Me. Prodigiosum quiddam
de te narras Tantale. Verū dic mihi: isthuc ipsum quorsum
opus est bibere: quū corpore careas: Nam illud quod esuri
re poterat aut sitire, in Lydia sepultum est. Cæterum tu quū
sis animus: quinā posthac aut sitire queas: aut bibere: Tan.
At qui hoc ipsum supplicii genus est: vt anima perinde qua
si corpus sit, ita sitiat. Me. Age hoc ita habere credimus: quā
do quidem affirmas te siti puniri. At quid hinc acerbi tibi po
terit accidere: Num metuis ne potus inopia moriari: At es
quidē haud video alteros inferos: si quis hos relinquat: neq̄
locum alium in quem morte demigret quispiam: Tan. Re
cte tu quidem dicis. Verum hoc ipsum supplicii genus est:
sitire cum nihil sit opus. Me. Desipis Tantale: & vtī verum tī
bi fatear, non alio potu videris egere: q̄ veratro inero. Nam
diuersum quiddam pateris, itis quos canes rabiosi momora
derint: vt qui non aquam: quemadmodum illi: sed siti hor
reas. Tan. Ne veratrum quidem recusarim bibere Menippe:
si liceat modo. Me. Bono es animo Tantale: certum habens:
nunq̄ fore: vt vel tu vel reliquorum manium quispiā bibat.
Neq̄ enim fieri potest. Quāq̄ non omnibus quemadmo
dū tibi/pœna adiudicata est: vt sitiant: atq̄ illos nō expectāte.

¶ Theodoricus Martinus A Iustensis Louanii imprimebat
Anno Dominicæ incarnationis. MCCCCC. XV.